



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 35. Idem de tradenda Drocensi urbe a Bolignio fidem accipiens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

*Droci expugnatio Condæo a Baubinio
promissa.*

Prævaluit Colinii sententia, facta spe
a Perdricerio Baubinio, quod Dro-
cum, alias urbs ad excipiendum exer-
citur percommoda, facile expugnari
posset, cum autem Condæus Princeps,
necnon Archithalassus hujus expugna-
tionis modum sciscitarentur, respondit
Baubinius, quod ejus Parens haud pro-
cul ab urbe Mazeriam arcem adeo vi-
cinam possideret, ut ex illius horreo
commode urbis portæ tam aperiri,
quam claudi conspicerentur: noctu igitur
cum selectiori militia sese in eodem
horreo occultaturum promisit, ita ta-
men, ut horum militum nonnulli per
terram repentes huic portæ appropin-
quarent, & ceteri prioribus opem
laturi mox accurrerent, necnon integer
ipsorum exercitus accepto signo, quam-
primum porta fuerit capta, quantocius
adveniret: Verum Surdevallus, qui
cum levioris armaturæ equitum cen-
turia, ac quinque peditum signis Dro-
cum muniebat, sua solertia hostilis hu-
jus moliminis successum præpediebat:
cum igitur hisce conatibus fortuna
abluderet, die decima quinta Decem-
bris Ablium, inde Galardonium itum,

Thu. l. c.

U u 2

ubi

Sæcul. XVI. ubi cives, quod portas aperire recu-
 A.C. 1562. sent, oppido vi capto deprædatione mul-
 ctati sunt: postea vero Condæus Prin-
 cept Alnatum usque processit.

§. XXXVI.

*Reginæ consilium a Triumviris expe-
 titum circa prælium ineundum.*

*Mem. de
 Castelln. l. 4.
 p. 4.*

Interea Catholicorum exercitus, qui
 hostem strenue insequeretur, propius
 instabat: cum autem eorum, qui castra
 dimetiebantur, imprudentia Condæus
 Princeps aciem ducens a Colinio, qui
 dextrum cornu regebat, leucam am-
 plius digressus esset, errore agnito
 Colinius auctor fuit, ut diem integrum
 subsisteretur, donec restituto ordine
 ipse cum dextro cornu aciem antee-
 deret: porro iniqua hæc rerum vicissi-
 tudo Catholicis haud parum profuit,
 quippe vix duabus leucis ab oppido Or-
 moyo distabant, tanta situs opportuni-
 tate, ut eos Aura flumen ab hoste in-
 terfeceret.

Triumviri, cum de prælio ineundi
 ancipites hærent, nilque absque spe-
 ciali Reginæ jussu aggredi vellent, ad
 sinistri successus calumniam incurre-
 rent, Castellnaum ad Reginam ablegant,
 qui eidem rerum statum, in quo Regi
 exercitus Belliduces essent, exponeret,
 simulque significaret, quod res quidem
 ad